D. O. M. A.

THESES MEDICÆ
DE
PHTHISI

Quas à se conscriptas
In Celeberrima Vniuersitate Ingolstadiana
PRÆSIDE
WOLFGANGO HOEVERO MEDICINÆ DOCTORE ET PROFESSORE ORDINARIO PRO TEMPORE DECANO.

Publicè defendere conabitur
M. JOANNES SCHEIFLER MONACENSIS BOIVS
MEDICINÆ CANDIDATVS.
AD DIEM XIII APRILIS ANNO M. DC. XXXIX.

REVERENDISSIMIS, PERILLVSTRIBVS, GENEROSIS, NOBILIBVS, STRENVIS, PRVDENTIBVS, CONSVLTISSIMIS D. D.
STATVVM PROVINCIALIVM BAVARICORVM, COMMISSARIIS, DOMINIS
ET PATRONIS SVIS HVMILLIMÈ COLENDIS,
Ab eodem Dedicata Nuncupata.

NOTIO THESIS I.

PHthisis nomen sortitur *ἀπὸ τοῦ φθίω* vel *φθέω* corrumpo, consumo, labefacto, &c. *φθίνω* corrumpor, consumor, deficio, tabesco, vel à *πτύω* spuo, scribuntq; *φθύσις* quasi *πτύσις* exscreatio, exspuitio. Verùm vox Phthiseos generaliter quamcunq; corporis extenuationem complectitur, ita vt Atrophiæ, febri hecticæ, marasmo tam senili quàm retorrido, tabi item dorsali & renali, coxariæ quam Ischiadicam in *Coac. prænot. Hippoc.* indigitat, vt & Cachexiæ, pulmonisq; vlceri teste *Cels.* accomodari soleat. *Hippoc. 2. de Morb. Galen. l. de marcore c. 1. Cels. l. 3. c. 22.*

II. Definitur autem Phthisis propriè dicta quam Athenienses Galeno teste *φθόλω* nuncupârunt quòd sit Consumptio totius corporis cum tussi & febricula continua ex vlcere Pulmonis nata. *Vide Galen. 3. aph. 10. 4. aph. 8. & 7. aph. 16.*

III. Quando igitur Phthisis dicitur esse totius corporis consumptio, distinguitur à tabe particulari v. g. cruris, &c. excluduntur insuper à Phthisi cæteræ sine febre corporis vniuersi consumptiones vt sunt marasmus senilis, Atrophia, Cachexia, &c. deinde excluduntur à Phthisi marasmus retorridus, atq; hectica febris, quæ licet non secus ac tabes tam liquidam quàm solidam nostri substantiam depascantur, faciunt tamen istud absq; pulmonis vlcere.

IV. Sedes Phthiseos, locusq; affectus est pulmo cum partibus suis, substantia nempe carnosâ seu parenchymate, bronchijs, vasis & membranis; ipsum tamen etiam Cor vitæ & nutritionis qua vita continuatur principium, per consensum quidem pulmonum, at necessariò afficitur. *Gal. l. 2. de diff. febr. c. 9. item l. de marasmo.*

V. Causa Phthiseos *συνεχὴς* conjuncta & proxima est pulmonis vlcus.

VI. Causæ conjunctam & proximam antecedentes sunt vitiosa pulmonum constitutio, naturalis eorum debilitas, malum hæreditarium, naturalis etiam pectoris angustia & depressio, quibus collum longum & prominentes scapulæ qui *Hipp.* & græcis *πτερυγώδεις* alati dicuntur. Apertio item vasis in pulmonibus causa Phthiseos est, siue fiat per *ἀναῤῥωσιν*, siue per *διαπύησιν*, siue per *διαίρεσιν*: vomicæ partium vicinarum veluti gutturis in Angina, pectoris in pleuritide suppurata aut Empyemate *Hipp. l. 5. aph. 15.* Sputum sanguinis; à proprio etiam pulmonum nutrimento Phthisis contrahitur.

VII. Aut quoniam aliunde à capite videlicet transmittitur, sic cum Catarrhus acris & nitrosus ex bile vel pituita salsa ad pulmones delabitur, nec per tussim extunditur, fungosam pulmonum substantiam facilè exedit & erodit: hæmorrhoidum item mensiumuè suppressio, huc etiam facit vt plurimum ventriculi, Jecoris, Cordis & totius intemperies calida, ob quam fumi acres ad cerebrum eleuantur, ex quibus Catarrhi fiunt, huius modi Catarrhi ob sæuitiam & malignitatem *θηριώδεις*, ferini dicuntur, vt & ipsum vlcus ex ijs factum *θηρίωμα* vocatur. *Gal. 4. de loc. vlt. post med. 1. in 1. Epid com. 17. 3. in 3. Epid. 32. in 1. Epid. com. 2. Fernel. 5. de part. morb. cap. de vlc. pulmon.*

VIII. Inter Causas procatarcticas numeratur aëris nimia caliditas, vel nimia frigiditas, constitutio aëris borealis, maximè post flatum Austri caput replentem, *Hipp. l. 3. aph: 13.* aër malignis qualitatibus contaminatus, anhelitus felium & canum teste *Ambros. Paræo l. Chirurg. 20. fol. 862.* Cibi omnes calidi & acres corrodendi facultate præditi, inprimis esus Leporis marini de quo Dioscor, *l. 2. c. 18. Galen. 1. de medica. c. 1.* Crapula, ingluuies, motus & exercitium immodicum post cibum potissimùm initum, vel omnimoda intermissio, somnus nimius & immoderatus, vigiliæ item & lucubrationes nocturnæ, maximè pleno ventre, labor immodicus, venus immodica, excrementorum retentio, purgationes nimiæ, tussis item diuturna & violenta, vomitus laboriosus, ictus, casus, clamor vehemens, huc etiam refert Arist. Contagium *7. probl. 4. Galen 1. de diff. febr.* omniaq; alia quæ pulmonem ejusq; partes corrodendi, exulcerandi, & dilacerandi, rumpendiq; vim habent.

DIGNOTIO.

IX. Signa Pathognomonica Phthiseos sunt dispnœa, vox læsa, pulsus paruus, creber, languidus, durus: febricula continua interdiu in visceribus delitescens, noctu verò magis sese manifestans, & quæ progressu temporis aliarum febrium hecticarum ritu, cibo sumpto plus emicat, faciei color obscurus, aut minimè saltem viuidus, genarum autem roseus, sudor nocturnus. *Galen. 1. aph. 12.*

X. Alia signa Phthiseos sunt sputa purulenta, sputum tamen, vt refert Aetius, varium est pro natura vlceris, liuidum, album, paruũ, sincerum mixtum ex albo, pallido, viridi, latum, rotundum, durum, glutinosum, rarum, diffluens, inodorum aut fætidum. *Hipp. 5. aph. 11. Aet. lib. 1. cap. 8.*

XI. Phthisis ratione causæ prægressæ multiplex est, quædam à Catarrho salso, quædam à sputo cruento, quædam è grumo sanguinis. Magnum vlcus pulmonis cognoscitur è copia puris, si tamen æger exspuere possit, Catarrhus salsus, acer, & cæteræ causæ viscus exulcerantes cognoscuntur ex supradictis. Contagium & hæreditaria dispositio relatione ægrotantis designatur.

PRÆNOTIO.

XII. Phthisis morbus est lethalis, præsertim confirmatus. *Hipp. lib. 1. de morb.*

XIII. Item ea quæ sequitur Empyema maximam curandi difficultatem parit, quia vlcus continuo pulmonum motu & tussi, sine qua expectoratio fieri nequit, magis disrumpitur, nec coalescere potest, & Medicamentorum vis longo tractu ferè exolescit, nec deuastata pulmonum substantia vllâ arte resarciri potest. *Hen. Petræ. lib. 1. dissert. Harm. 15.*

XIV. Licet vlcus pulmonis ferè insanabile existat, non omnem tamen prorsus medelam respuit, si statim primis diebus priusquam phlegmone prehenderit, ad curationem veniatur. *Galen. 5. Meth. cap. 8. & 11.*

XV. Phthisis est Morbus naturâ longus, contagiosus, obueniens ab anno 18. vsq; ad 35. *Hippoc. sect. 5. aph. 9.*

XVI. Inter anni partes Phthiseos feracior est Autumnus pluuius & Australis post æstatem siccam & Aquiloniam. Malum item & Ver. *Hippoc. sect. 3. aph. 13. 6. Epidem. sect. 7.*

XVII. Ad Phthisin proniores sunt ij qui caput habent imbecillum, Catarrhis obnoxium salsis, præcipuè tussiculosi, sputatores sanguinis, pleuritici quibus pus intra 40. dies à ruptione abscessus non repurgatur, & quibus consueta sanguinis euacuatio substitit, præsertim suppressio mensium: *Hipp. 2. prorrhetic.*

XVIII. Pessima, imò lethalia sunt auguria vnguium curuatio, facies Hippocratica, œdema pedum, cibi fastidium, sitis, sputum carbonibus injectum graueolens, deterius si in aquam marinam aut salsam conjectum subsidat: capillorum defluuium, diarrhœa. *Hippoc. 2. prog. t. 49. sect. 5. aph. 11. & 12. Aristot. in sect. probl.*

XIX. Mortale etiam signum est si caruncula quædam mollis seu ipsius pulmonis particula, & Bronchiõ arteriæ asperæ tussiendo expectoratur cum dispnœa perpetua. Phthisicis cum puris sputum retinetur, moriuntur; solent etiam Phthisici præsertim quando morti sunt proximi, mente errare, sed perrarum hoc est, plerumq; enim Phthisici integris sensibus exspirant. *Hippoc. 1. de loc aff. c. 1. 7. aph. 26. 5. Epid in hist. Hecason. in Omilo & ex Rhase l. 4. conf.*

CVRATIO.

XX. Methodus medendi vt Galenus noster & cum eo vniuersa Schola medica vbiq; clamat in omnibus morbis ritè curandis ad vnguẽ seruari debet; qui secus fecerit, ea Medicamenta non solùm non erunt *θεῶν χεῖρες*, sed potius ignis in manu stulti; aut gladius in manu furiosi. Cùm verò Methodi medendi proprium Instrumentum sit Indicatio, græcis *ἔνδειξις*, hanc nisi Medicus sedulò obseruârit, felix curatio vix speranda erit. *Vide Galen. in lib. 14. meth. med. & in 2. de arte curandi ad Glaucon.*

XXI. Indicationes artificiosæ à causa tum antecedente tum ipso vlcere in pulmone desumuntur, sic vlcus exsiccationem, inde cicatricis productionem, sordidum abstersionem exigit; Catarrhus diuersione & in contrarium reuulsione, sistitur. Vasorum apertio acerba & astringentia, ruptura glutinantia, aliaq; *5. Meth. cap. 3. 4. 5. 6. à Galen.* descripta præsidia poscit.

XXII. A Chirurgia pro Phthisi quidem ipsa nihil mutuabimur: ratione verò causarum antecedentium, multa peti queunt præsidia. Nam vbi Catarrhus salsus Phthisin facit ac fouet; cauteria impressa conducunt, si à vasorum disruptione aut apertione malum trahat originem; phlebotomia aliquoties etiam repetita cum res ita exigit, auxiliatur: quò reuocari merentur alia omnia, quæ reuulsioni deriuationiuè subseruiunt.

XXIII. E pharmacorum classe purgantibus nullus, lenientibus, si opus fuerit, est locus: sed exsiccantibus, abstergentibus, consolidantibus, Paul. Ægin. Bolum Armen. tamquam optimum auxilium commendauit quam ex Aq: mulsa aut ptisana exhibet. Trallian: hæmatiti instar pollinis læuigato, & cum succo mali punici aut polygoni propinato plurimum tribuit, seq; Phthisicum qui pus exspuerat, eo pacto percurâsse scribit.

XXIV. Vlceri curando communia sunt remedia sputum promouentia & vlcus mediocriter abstergentia: quæ sputum promouent, ea adhibentur quæ in tussi: abstergunt verò decoct: hordei integ: saccharat: decoct: Cicer. Betonic. prass. Jrid. hyssop. ex aq. muls. serum lactis cum sacch. mel rosat. sacch. rosat. è succo vel fol. diaireos simpl. syrup. è liquiriz. hyssop. scabios. è prass. vel marrub. Ecleg. è succ. caul. è pulmone vulpis, è pino, sanum & expertum. è scylla, &c.

XXV. Vlcus perfectè sanant Pimpinella, Tussilago, Veronica, Numularia, potentilla, &c. è quibus conficienda vel decocta græcis *ἀποζέματα* vel syrup. additis pectoralibus vino dulci, melle, sacch. passulis, Caricis, dact. liquiriz.

XXVI. Extrinsecus pro tussis lenimine pectoris regioni applicẽtur cataplasmata ex Altheæ fol. sem. lini, decoct. fenigræc. &c. item injunctiones ex ol. Myrthin. aut rosac. adjectis interim alum. acacia, malicor. gallâ, hypocyst. &c. licet etiam quasdam paruas pilul. conficere ex ros. santal. ligno aloes, cinnam. Ladano, &c. quæ assiduè manibus gestentur & naribus admoueantur.

XXVII. Aër eligatur siccus, vel talis, qualis Galeni tempore in Tabijs habebatur, loco inter Surrentũ & Neapolim mediocris altitudinis, vt ipse explicat *5. meth. 12.* quòdsi aër talis naturâ haberi non possit, accenso igne ex Lauro, Junipero, & similibus odoratis medicamentis, præparetur. Sic *Celsus l. 3. c. 22.* scribit, si vires patiantur, longâ nauigatione & cæli mutatione opus esse, ideoq; aptissimè ex Italia Alexandriam iri. Plinius magnopere laudat vt Phthisici viuant in saltibus, vbi pix nascitur.

XXVIII. Alimenta sint optimi succi qualia sunt v. g. ptisana hordeacea, panis ex optimo Jure præparatus, oua recentia, carnes pullorum, caponum, perdicum, turdorum, &c. Item carnes cancrorum, testudinum, cochlearum, ranarum, hisce enim carnibus & contusis, & destillatis, & varijs rationibus præparatis & pro alimento, & pro potione, maximopere delectantur.

XXIX. In Phthisi maximè commendatur Lac à Galeno *lib. de maras. cap. vlt. 3. de aliment. fac. cap. 15.* propinari autem debet recens ab vbere mulctum, admixto saccharo aut melle rosac. ne coaguletur in ventre.

XXX. Galenus *loc. cit. l. 7. meth. cap. 6.* primas tribuit Lacti humano: quod si cui illud minus arrideat ceu puerile alimentum, illi dandum est Asininum velut Asino vt *cap. cit.* idem Galenus jocosè ludit, huic succedit caprillum & Bubulum auth. *Aet. Auic. t. 5 c. 5.*

XXXI. Pro potu Phthisici vtantur Aq. muls. aut decoct. hord. decortic. vel radic. Liquiriz. radic. chinæ, &c. interdum vt Celso visum est, debilibus pręsertim, pauxillum vini indulgere possumus.

XXXII. Somnus esto moderatus & nocturnus; excercitia blanda, vacuo ventre, vt deambulationes, frictiones non improbantur. Aluus lenis quamquam conferat, ne tamen in diarrhœam degeneret (quæ in Phthisicis lethalis est) non admodum irritanda est. Animus sit quietus, immunis ab omni grauiore cura, hujus siquidem magna est efficacia attestante Seneca *l. de Animi Tranquil. c. 10.*

PROBLEMATA.

I. An semper Contraria contrarijs, vt *Hippoc. in lib. de flat. & 2. aph. 22.* statuere videtur: an quandoq; similia similibus vt Hermetici contendunt, curari debeant?
II. Cur Pulmo vulpis, vituli, vulturis, Cerui, &c. Phthisicis prosunt?
III. Cur quando LVNA est in Cancro, maximè in plenilunio, vel post vnum aut alterum diem tussientes aggrauantur, plerumq; suffocantur & moriuntur?
IV. An verum sit illud: plures sanat ille: in quem plures confidunt?
V. An Dies & hora mortis præsciri, prædiciq; ægris à Medico possit?

Omnia ad maiorem DEI, Deiparæq; Gloriam.

PIA TERRARVM ORBIS ÆGROTANTIS SVSPIRIA
AD THESIVM PROPVGNATOREM.

HIppocrates propera, properate Machaones; actum est;
Extremam heu! animam Debilis Orbis agit.
Dicite, si nostis, quo morbo langueat Orbis,
An Cancrum, *aut* Vermes *forsitan Orbis habet?*
Rupturam *Celsus putat, hic* Podagram, *iste* Phrenesin,
Hic Spasmum, *aut* Varos, *hic putat esse* Febrim.
Erratis Medici: PHTHISIS *est: si quæritis vnde?*
Ah nimium effusum est sanguinis, Inde PHTHISIS.
Inde cruentatos Terra hactenus exspuit Imbres;
O MEDICE, *extremam, si potes, affer Opem!*
Aude aliquid, conare PHTHISIN *depellere Terrâ,*
Si facies; HERBAM *porriget Illa Tibi.*

Ita debuit, ita voluit, lubensq; applausit.

MARINVS MARIANVS AVGVSTANVS
Medicinæ Studiosus.

INGOLSTADII, Typis WILHELMI EDERI, M. DC. XXXIX.

A. 1639. a. 1639. 80

THESES MEDICÆ
DE
PHTHISI

Quas, Deo conferente,
In Celeberrima Vniversitate Ingolstadiana
PRÆSIDE
WOLFGANGO HOEVERO MEDICINÆ DOCTORE ET
PROFESSORE ORDINARIO PRO TEMPORE DECANO,
Publicè defendere conabitur,
M. JOANNES SCHIELER MONACENSIS BOIVS
MEDICINÆ CANDIDATVS,
ad diem XIII Aprilis, anno M. DC. XXXIX.
REVERENDISSIMIS, PERILLVSTRIBVS, GENEROSIS,
NOBILIBVS, STRENVIS, PRVDENTIBVS, CONSVLTISSIMIS D. D.
STATVVM PROVINCIALIVM BAVARICORVM, COMMISSARIIS, DOMINIS
ET PATRONIS SVIS HVMILLIMÈ COLENDIS,
Ad Iudicium Doctorum Examinandas.

NOTIO THESIS I.

Phthisis nomen fortitur ab φθίσις vel φθίσω corrumpo, confumo, labefacio, &c. φθίσις corrumpor, confumor, defficio, tabefco, vel à φθίω φθιω, lediunt; φθίσις quasi φθορα exercitio, exhaustio. Verum vox Phthisis generaliter accepta, cunctis corporis excrementionem complectitur, ita vt Atrophia, febri hectica, marasmo tam senili quàm retortido, tabi item dorsali & renali, coxaria quam Ischiadicam in Coxa, Hippocr. in digitis, vt & Cachexia, pulmonisve vlceri seclusa, accomodari solent. Hippocr. 2. de Morbis. Galen. 1. de marcore. Gal. 1. 2. c. 22.

II. Definitur autem Phthisis proprie dicta, quam Athenaeus & Galeno recte φθίσιν nuncupantur quod sit Consumptio totius corporis cum tusti & febricula continua ex vlcere Pulmonis natam. Vide Galen. 3. aph. 10. 4. aph. 8. 5. 7. aph. 16.

III. Quando igitur Phthisis dicitur esse totius corporis consumptio, distinguitur à tabe particulari v. g. cruris, &c. excludunturque à Phthisi cuncta sine febre corporis vitiatis consumptionis vt sunt marasmus senilis, Atrophia, Cachexia, &c. deinde excludunturque à Phthisi marasmus recentiores, ex hectica febris, quae licet non sensus actaboes tam liquidam quàm solidam consumit, tamen deperditam, facinat tamen solum pulmonis vlcere.

IV. Sedes Phthiseos, locusque affectus est pulmo cum partibus illis, subsantia nempe carnosa ejus parenchymatis, bronchiis, vasis & membranis; ipsum tamen Cor vitae & nutritionis quasi continuatur principium, per consensum quidem pulmonum, at necessaria afficitur. Gal. 1. 2. de diff. Febr. c. 9. Hippocr. de marasmo.

V. Causa Phthiseos vocatur conjuncta & proxima est pulmonis vlcus.

VI. Causae conjunctae & proximae antecedentes sunt vitiola pulmonum constitutio, naturalis eorum debilitas, malum haereditarium, naturalis etiam pedoris angustia & depressio, quibus colum longum & prominentes scapulae quae Hipp. de gracilis, gracilaria alati dicuntur. Aperte item vitia in pulmonibus causa Phthiseos est, sunt haec parenchymatum, sunt per diversam, sunt per contiguum vicinarum vel aliarum partium in Anginam, pedoris in pleuritide suppuratae aut Empyemate Hipp. 1. 3. aph. 11. Sputum sanguinis à proprio etiam pulmonum nutrimento Phthisis contrahitur.

VII. Aut quoniam alunde à capite videlicet transmittitur, sic cum Catarrhus acris & nitrosus ex bile vel pituita sella ad pulmones delabitur, nec per tussim extinguitur, Fernelius pulmonum tubercula facile excedit & crodit: hamorrhoidum item menstruum suppressio, hac etiam facilè plurimum venaeseclis, Jecoris, Gordis & totius intumescentia cellulae, ob quam sunt acres ad cerebrum elevantur, ex quibus Catarrhi fiunt, huius modi Catarrhi ob saturiam & malignitatem Sympatica, Febrim dicuntur, vt & tussim vlcus ex his fluxum Sympatica vocatur. Gal. 4. de loc. affect. 3. de pulmonis vlcere. Fernel. 1. 7. Epid. 12. in 1. Epid. com. 2. Fernel. 3. de pulmonis vlcere. Galenus.

VIII. Inter Causas procatarcticas numeratur acris minis calidis, vel minus frigidis, consumptio boetalis, maximè post factum Aurificae pulmonum, Hipp. 1. 3. aph. 4. ab acer malignis quantitatibus contaminatus, ambiens tetum & canum tetae Aurifex Pa. 1. Chirurg. 2. 6. 1. 2. Cibi omnes calidi & acres corrodendi facultate praediti, imprimis cibus Leporis marini de quo Dioscor. 1. 2. c. 12. Galen. 1. de medicam. c. 2. Crapula, ingluvies, motus & exercitium immodicum post cibum potissimum initum, vel omnimoda intermissio, somnus minus & immoderatus, vigilia item & lucubrationes nocturnae, maximè pleno ventre, labor immodicus, venus immodica, excrementorum retentio, purgatio ter minis, tussis item diuturna & violenta, vomitus laboriosus, ictus, casus, clamor vehemens, hucusque refert Antil. Contagium, Fernel. 1. de Febr. omnia, alia quae pulmonem ejusque partes corrodendi, exulcerandi, & dilacerandi, rumpendique vim habent.

DIGNOTIO.

IX. Signa Pathognomonica Phthiseos sunt diuturna, vox lassa, pituita pituitosa, crebra, languidus, durus: febricula continua interdum in vlceribus deliscens, nocturnae vero magis febre manifestans, & quae progressu temporis aliarum febrium hectica notam, cibo simpto plus semiat, facici colore efficiunt, aut in imo fundum vitiis nudae generantur rotens, pudor nocturnus Galen. 1. 2. c. 22.

X. Alia signa Phthiseos sunt sputa purulenta, sputum caseum, vt refert Aetius, varium est pro natura vlceris, luteum, album, purum, fuscum mixtum ex albo, pallido, viridi, luteo, rotundum, durum, glutinosum, rarum, diffluens, inodorum aut fetidum. Hipp. 1. aph. 11. Aet. 16. 1. c. cap. 2.

XI. Phthisis ratione vitiis principalis multiplex est, quadam à Catarrho lassio, quadam à sputo cruento, quadam à grumo sanguinis. Magnum vlcus pulmonis comprehendunt è copia puris, si tamen sputum exspuere possit, Catarrhus fluens, acer, & acuta causa vitiosa exulcerantes cognoscuntur ex superadditis. Contagium & haereditaria dispositio relatione sporadica designatur.

PRÆNOTATO.

XII. Phthisis morbus est lethalis, praesertim confirmatus. Hipp. lib. 1. de morb.

XIII. Item ea quae sequitur Empyema maximam curandi difficultatem parit, quia vlcus continuo pulmonum motu & tussi, cum qua expectoratio fieri nequit, magis diruumpitur, nec coalescere potest, & Medicamentorum vis longo tandem tempore exsolvit, nec de. lib. 1. de Febr. Harm. 1. 5.

XIV. Licet vlcus pulmonis sit insanabile est, non omnem tamen prorsus medelam refugit, si tantum primis diebus pituitam phlegmone prehendere, ad curationem veniatur. Galen. 5. Meth. cap. 5. & 12.

XV. Phthisis est Morbus maxima longus, continuatus, obnoxius ab anno 18. vel 24. Hippocr. lib. 1. de morb.

XVI. Interdum patiens Phthiseos tertaceri Aurum plumbus plumbo & Auripigmentum fecum & Aquilonium, Malum item & Vetriolum. Hippocr. lib. 3. aph. 11. 6. Galen. lib. 2.

XVII. Ad Phthisin proniores sunt qui capite habent imbecillum, Carnibus obnoxium fallis, praecipue tussiculosi, sputatores sanguinis, plerumque quibus pus intra 40. dies à suppuratione effectis non repurgatur, & quibus continua sanguinis excretatio subsistit praeterim suppressio mensium: Hipp. 2. prognost.

XVIII. Pessima, sunt lethalia sunt auguria vomitus cruenti, faciesHippocratica, coecum pedum, cibi fluidum, fetis, sputum carbonibus injectum grumosum detortus si in aquam marinam aut fallum conjectum subsidat: cuticulorum defluvium, diarrhoea. Hippocr. 2. prog. 1. 4. aph. 17. 6. 7. 12. 23. 30. 31. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72.